

Alte Drucke

Davidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Iudicvm, Rvth, in Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ

Chyträus, David

Lipsiae, 1592

VD16 C 2504 T. II

Caput XI.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122

externi rationem habendam esse. 2. Superbiam & fastum regibus exitio-
sum: Modestiam vero salutarem esse. *Multi reges & tyranni, coacti sunt se-
dere in pulvere, & in aliorum manus venerunt.* Nabuchodonosor. Valerianus
à Sapore captus. Perseus rex Macedoniae ab Amylio. Baiazethes tyran-
nus Turcius à Tammerlano. Franciscus Rex Galliae à Carolo V. Christianus
II. Rex Daniae in exilio & carcere mortuus. *Diadema impositum est illis,
de quibus nemo cogitabat.* Sauli, Dauidi, Matthiae Hunniadi, qui ex carcere
ad regnum Vngariae euectus est, sicut Ioseph in Aegypto. Gustauus pater
praesentium regum Sueciae obses in Dania abductus captiuus, paulo post
pulsus ex patria Danicis praesidijs, rex Sueciae factus est.

Noli contemnere vllum causa non cognita. X. Praecipua pars & executio
officij, principum & magistratum, sunt *I V D I C I A* legitima, in quibus au- Iudicia quid.
dita vtraque parte & explorate cognita causae veritate, iuxta honestas leges
ius dicitur. h. pronunciat, cuius causa iusta, cuius iniusta sit, & iusti ac bo-
ni, contra iniurias defenduntur, & fontes puniuntur. Haec iudicia Poren-
sia Deus ipse instituit & ordinauit ac seruat, vt sint testimonium de iusticia &
iudicio diuino, quod & in hac vita regulariter puniens atrociam scelera atro-
cibus poenis, & post hanc vitam separans bonos à malis, & hos aeternis cru-
ciatibus plectens, illos praemijs perpetuis ornans, declarabit. Ac vt homi-
nes in ciuili societate *τα ἀμφιλόγα δίκη ἀφαιρόντες ἀπὸ πλεῖμα* pacem & con-
cordiam inter se mutuò retinere & tueri possint. Sunt autem virtutes in
iudicibus necessariae. 1. Timor Dei, statuens Deum iudicem iudicium
praesentem adesse iudicij spectatorem omnium, quae ibi dicuntur & fiunt.
2. Diligentia in cognoscenda causa, & vtraque parte pariter audienda.
3. Iustitia pronuncians iuxta normam Legum, non iuxta priuatos affectus,
odia vel fauorem. 4. Fortitudo in exequendis sententijs, causa cognita,
iuste pronunciat. Monet autem hoc in loco Syracides de 2. & 3. virtu-
te, Neminem condemnandum esse, causa non cognita, vt Phocylides et-
iam inquit: *μητε δίκην δικάσας, πέν ἀμφοῖν μῦθον ἀκρίως.* Et non iuuandam vel
probendam esse iniustam sententiam nostro suffragio vel silentio.

Caput XI.

I L I mi, non immisceas te varijs negocijs. Nam Res fami-
liaris & diui-
tiae quomo-
do parandae;
*varijs te immiscens non auferes lucrum. Ut ma-
ximè valde coneris, tamen nihil efficies, & vt ma-
ximè nunc hic nunc illic sarcias, tamen non elucta-
beris. Pleriq; contendunt & anhelant, vt ditescere possint, &
tandem anhelando seipsos impediunt. Pleriq; nihil contendunt
ditescere cum sint egeni, tenues & contemti, hos saepe respicit cle-
menter Deus, liberatq; ex inopia, magnificetq; eos euehit, vt mul-
ti mirentur. Omnia enim sunt ex Deo, secunda simul res &
aduersa, mors & vita, paupertas & diuitiae. Nam bonis & pijs
dat De-*

Luc. 12.

dat Deus opes duraturas, & donata à Deo, habent benedictionem perpetuam. Inuenias hominem, qui multa corradit, & comparcit, atque ita ditescit, cogitatq̄, iam probè constabili res meas, nunc comedam & bibam, fruarq̄, partis opibus, neque scit horulam illam tam propè adesse, qua moriatur, & omnia relinquat alijs. Adhere verbo Dei, & exerce te ad pietatem. Perseuerans incumbe vocationi tuae. Nihil moueat te, quod impij tantum opibus cumulandis student. Tu confide Deo, permane in vocatione tua, facillimum enim est Domino ditare pauperem. Deus benedicit facultatibus piorum, & quando horam dat ipse, crescunt citò. Noli dicere, Quid prodest mihi pietas, quid interim habeo. Econtra, noli dicere, Satis opibus munitus sum, extra aleam sum periculi. Rebus secundis memor esto, res aduersas incidere posse, & tempore afflictionis memineris, te rursus erigi posse. Facile enim potest reddere Dominus pijs iuxta ac impijs in morte, ut promeriti sunt. Una hora calamitatis facit, ut omnis gaudij obliuiscaris. Et in hora mortis experitur homo quomodo vixerit. Ante mortem ergo ne de illo pronuncies, nam cuiusmodi homo fuerit, sepè patet posteris.

O Economicum præceptum tradit de ratione parandi & augendi rem familiarem. Nam bonum Patremfamilias oportet esse κτητικόν, Φοιματικόν, κοσμητικόν τῶν ὑπαρχόντων, καὶ χρηστικόν, studiose parare, & custodire ac ornare rem familiarem, & ea rectè vti. Vult autem DEVS expeti à nobis suo ordine & iustis rationibus quæri, teneri, & augeri rem familiarem, & promissiones bonorum corporalium ipse tradidit, Vt agnoscamus non casu spargi inter homines bona, nec Phisicis tantum causis vel nostra industria adquiri opes, sed certo Dei consilio gubernari hanc quoque bonorum corporalium distributionem, & pijs à Deo necessaria huius vitæ præsidia dari, vt hic inquit Syracides: Omnia sunt à Deo, secundæ res & aduersa, paupertas & diuitiæ, Nam bonis & pijs Deus dat opes duraturas. Deinde vt sciamus nos fide has promissiones amplecti oportere, & anxias mentes in periculis & inopia sustentemus hac consolatione, Quod Deus verè nos recipiat, curet, alat, defendat & opem ferat inuocantibus. Postea, vt inuocatio nostra, spes & gratiarum actio in petitione, expectatione & vsu reifamiliaris quotidie exerceatur & declaretur. Vt sint adminicula vocationum seu officiorum, quæ singulis in communi vita pro sua vocatione sunt obedienda. Vt nos admoneant de bonis spiritualibus & æternis, simili sollicitudine, diligentia & cura expetendis & acquirendis. Vt de conseruatione ecclesiæ etiam in hac corporali vita admoneamur.

Consistit autem summa præcepti Syracidæ de re familiari honeste augenda in hisce tribus articulis. Primum, quæras regnum Dei: audias, legas, discas diligenter doctrinam à Deo traditam, & exerceas te ad pietatem, stu-

tem, studeas Deum rectè agnoscere, inuocare, timere & obedire iuxta ipsius verbum. II. Labora diligenter & fideliter in tua vocatione, ad quam à Deo vocatus es, nec πολυπραγμοσύνη temeraria varijs negotijs te immisceas, aut varias artes exerceas. Nam hæc πολυπραγμοσύνη infelix est: vt Plato inquit πολυτεσιών γ. εἰς ἕκαστον ἐν αὐτῷ Πιτῆδμα καλῶς Πιτῆδμοι, πολλὰ δὲ, ἀλλ' εἰ τὸτο Πιτῆροί, πολλῶν ἀπὸ μὲν πάντων ὑποτυχαίσι αὐτῶν. Et vulgò dicitur: Qui binos lepores vna sectabitur hora, Vno quandoque, quandoque carebit vtroque. III. In laboribus tuæ vocationis inuocato Deum, & fide petas & expectes auxilium, & benedictionem à Deo. Nam *Benedictio Domini diuites facit absque angustia.* Hæc sententia totius ferè XI. capituli argumentum est. Simul autem docet, non confidendum esse diuitijs & opibus fluxis tanquam certis præsidijs, quibus aduersus omnes vitæ casus muniti simus: nec abijci animum debere in paupertate & rebus aduersis: sed fide in Deo acquiescendum esse.

Non immisceas te varijs negotijs. τῆς πολυπραγμοσύνης ἕδεν κενεώτερον ἄλλο. Ardelione nihil per totum vniuersum orbem est. Plato Νόμων η. præcipit, vt singuli ciues vnâ tantummodo artem discant & exerceant, ex qua victum sibi parent. Xenophon παιδ. 8. Impossibile est multa simul facere, & eadem omnia bene facere. *Pleriq; contendunt & anhelant.* Multi magno labore nihil proficiunt, sed mendici manent, quia sua industria confidunt & à Deo non benedicuntur. E contra alij commendantes Deo viam suam, mediocri labore multum proficiunt, quia Deus eis benedicit. *Beschert ist vngewehrt.* vt Genes. 26. scriptum est, Benedixit Dominus Deus Isaac, & accepit eo anno centuplum. *Nunc fruar partibus opibus, nec scit horulam tam prope adesse.* Luc. 12. *Quid prodest mihi pietas?* 1. Timoth. 4. Pietas ad omnia utilis est, habens promissionem præsentis & futuræ vitæ. 1. Timoth. 6. Magnæ diuitiæ sunt pietas, καὶ αὐταρκείας coniuncta cum voluntate, quæ suo bono contenta est. *Noli dicere, satis opibus munitus sum.* Diuitiæ & opes non sunt firma & durabilia præsidia, sed fluxa & caduca. Irus & est subito, qui modo Cræsus erat. Ideo & Solon iubet finem vitæ expectare apud Herodotum in κλείω.

Caput XII. XIII.

XIIII.

Hæc capita proximè sequentia continent doctrinam de AMICITIA & BENEFICENTIA, quæ est virtus quinti & septimi præcepti, complectens veram beneuolentiam, & pro virili iuuans consilio, opera, pecunia, homines pios & alios nostra ope indigentes: & mediocritatem efficiens inter prodigalitatem & auaritiam. Huius virtutis pars est HOSPITALITAS, quæ peregrinos & hospites ope nostra indigentes, & imprimis exules pios amanter excipit, & omnibus officijs hospitalibus propter Deum iuuat. Est autem virtus Deo grata & necessaria generi humano BENEFICENTIA & HUMANITAS erga hospites, vt etiam sapiens vetustas dixit:

Ἐὖν ἐ μοὶ θεμῖς ἐστὶ, & δ' εἰ κακίων σέθεν ἔλθοι
 Ἐὖνον ἀτιμῆσαι * πρὸς ᾧ Διὸς εἰσὶν ἅπαντες,
 Ἐὖνοι τε πτωχοῖτε; δόσις ὀλίγητε φίλητε

A a a

Γίνεται